



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Mariani Societatis Iesv

Nádası, János

Romæ, 1658

Anno MDLXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42840

ineunda cogitanti, verum de ardua necessariaque
puritatis integritate, atque de retinenda in Socie-
tate constantia valde anxo, Augustæ Vindelico-
rum Christum dulcissimum consolatorem visum
adesse spectabilem; à quo & quo animo esse iussus,
tam puritatis, quam retinendæ in Societate con-
stantiæ prælargam promissionem acceperit. Bri-
xiæ quoque sibi eadem animo cogitanti adfuisse,
pulcherrimâ luce amabilem DEI Matrem, purita-
tis atque constantiæ præstitem fidelissimam: & cum
illa cælestes comites SS. Mariam Magdalenam,
& Catharinam alteram Alexandrinam Martyrem,
alteram Senensem Virginem, idipsum quod Re-
gina Virgo Mater promittebat, blando vultu ad-
promittentes: Regina cæli Iacobum dulcissimè
allocuta, non modò pudicitiam (vt loquitur So-
cietatis historia) & perseuerantiam pollicita est;
sed etiam rursus ad finem vitæ suam se illi speciem
commodaturam. & reliqua quæ anno 1557, fu-
se narraui.

p. 2. lib. 1.
n. 65.

918 Maceratae hoc anno P. Raphael Riera Lau-
retana Virginis Ecclesiastes typis vulgavit *Miracula*
B.V. Lauretanæ. Hic est ille qui in Domo Laure-
tana quodam de Societate ad concionem dicente,
ignem de cælo sacræ Dei Matris ædiculæ immi-
nentem, ac deinde super attonitos qui concioni
aderant circumfusum, cæloque iterum receptum vi-
disse refertur à Tursellino in Hist. Lauretanâ, vt
dixi.

Ignem cæ
lestem à
Deo per
illam pen-
tere.

ANNO M D L X X V I .

919 Hoc anno Gandia diem extremum Fran-
ciscus Hernandez Coad. eo ipso die obiit, quem sibi
supremum fore duodecimo ante die prædixerat.
Huic tum adhuc oues pascenti puero Deipara ma-
gni-

Illi ebe-
dire .

gnificè gloriofa conspecta fertur dixisse : Frantise
relinque has oves ; & vade statim Murciam , ubi sancta
vite Sacerdotes inuenies . Paruit , & in Societate pro
beneficio gratus vixit . Vide num. 910.

A N N O M D L X X V I I .

920 Moriens hoc anno *Ioannes Baptista Caran-*
dinus Seminarij Romani Conuictor , Deiparam
præsentem spectasse dicitur à Sacchino , ab eaque
didicisse ; Innocentium Fontanam votis potitum.
Optabat ille Societati adscribi : sed non deerant
qua obstante . Rogauit Carandinum ut cuidam
suo negotio felicem à Deipara exitum impetraret .
Et *Ioannes , Clementissima , inquit , Mater hoc ait ; te id*
quod optas assecuturum . Et est assecutus , ut latè re-
fert Sacchinus in hist. Societatis .

n.33. ob. 1577. 921 *P. Ioannes de Zunniga cùm extremo in mor-*
bo doloreret spem sibi aliquam sanitatis potius quam
mortis asserri , postea visam sibi dixit Beatissimam
Virginem amanter promittentem , fore , ut proximo
suo festo die hinc emigraret , mortalitate solu-
tus . Et verò 2. Februarij Limæ abijt , seu nos præ-
cessit .

A N N O M D L X X V I I I .

ob. 1578. 922 *Didacus de Mendoza ante mortem , Deipara*
quam se coram intueri aiebat , Feliciter , inquit , ac
benè veneris , Domini mei Mater , ac Domina mea .
Vnde mihi benignitas , & indulgentia tanta ?

A N N O M D L X X I X .

ob. 1579. 923 *Ioanni Ximeni Coadiutori coram imagine*
Immaculatae Conceptionis oranti scrupulus incidit ,
quod erga animas in purgatorio horrendis tormen-
tis afflictas parum liberalis esset , atque propensus .
Hæc secum ipse volvens , ecce velut consultricis
Deiparae hortamentum accepit , cùm vocem audire
sibi